tum, et ipsi fatentur dum nos impugnant, et nos etiam ostendemus ~~[illegible]~~ totius Philosophiæ
decursu.

Sententiæ hujus falsitas ostenditur dum existentiam formæ substantialis materialis
adequate a materia prima distinctam statuamus; atque etiam dum generationem, corruptionemque
substantiales, vi quarum substantiæ aliæ de novo producuntur, aliæque corrumpuntur,
dari doceamus: in hac enim chimistarum sententia nulla forma substantialis de novo produ-
citur, aut corrumpitur in corruptione, ~~producti~~ generationeque rerum naturalium quas
experimur. Impugnabitur etiam ex dicendis contra 2.m asserendi modum.

Secunda celebris
præcipue in Gallia sententia docet, materiam primam imo corpora omnia naturalia
ex atomis similaribus in natura poni. Fatentur hi, aliquid substantiale admitten-
dum esse, quod aptum sit ad varias formas, et species rerum naturalium constituendas; at hoc
substantiale simpliciter essentialiter esse, quibus integraliter divisibile: quilibet enim

corpus naturale [est] divisibile in partes integrantes; partes autem integrantes dividuntur in quasdam materiae portiones, quae molecula appellantur quas iterum in atomos dividunt: atomus autem indivisibile et saltem physicaliter quia vero atomi diversae inter se figurae sunt ex diversitate figurae atomorum diversitas etiam corporum naturalium oritur, atomos has primam materiam, principium scilicet omnium sublunarium ab aeterno extitisse docuit Epicurus hujus opinandi modi autor, in tempore creatas à Deo fuisse emendatur ab asseclis Epicuri, fidei principiis se accomodantes, formas autem corporum nihil substantiale à materia ipsa distinctum, sed solum ordinationem, situm, dispositionem, et configurationem materiae esse asseritur.

Huic epicureo commento superstruxit systema solebat Renatus Descartes, ab ipso et sectatores Cartesiani dicti, cujus poetica fictiones (sic enim nominari malius quam philosophicae opiniones debent) magni in Gallia habentur. Docuit hic elementa, principia scilicet rerum tria esse: partes scilicet materiae epicureae diversae figurae partes quadrae primum sunt elementum, [illegible] globosae sunt et rotundantur ramenta, [illegible] particulae, quae deminutae, et orbicularis figurae [illegible] secundum sunt elementum, globuli scilicet ipsi tertium elementum sunt. Haec elementa carteciana principia sunt et materia, ex quibus corpora [illegible] constat [illegible] docet corpora omnia substantialiter non differre, sed solum quasi accidentaliter figura scilicet dispositione textura, et configuratione partium materiae. In hac sententia, ut dicam errore, sicut in atomistarum opinione nihil substantiale de novo producitur, nihil substantiale corrumpitur, neque aliqua accidentia absoluta redimuntur, sed generatio, et corruptio mutationes quas experimur in corporibus naturalibus in nova figura, et dispositione, situ vel materiae configuratione desinente resolvuntur.

Ut à

tantius defendat Descartes nil corporum [illegible] v.g. à lapide sub [illegible] differre, sed solum figura, et dispositione (quae sunt ejusdem materiae modificationes, sive modali accidentia) [illegible] statuit [illegible] nullum vim effectivam secundis causis [illegible]; Deum primum, et unicum rerum corporearum motorem et executorem esse. Hic ex parte [illegible]

secta, ipsi aut asseclae, contendunt verum Aristotelem ab scholis exulare jubebat, sed imprimis nota cartesiana dogmata non solum parisiensis academiae, et nostrae Societatis suffragiis damnata, sed et Romanae inquisitionis judicio proscripta esset, ut docet Joannes Baptista de benedictis.

Inter Paracelsi Epicuri et Cartesii etc. sectae principia rerum naturalium commenta risu digna, et veluti somniantium vana deliria despicienda potius, quam seria impugnatione refutanda multis videntur. Dicere enim naturam aequivoce, univoce convenire cum natura lapidum, brutorum animas, plantarum etc. vitam, vitales etc. sensibiles operationes nil aliud ipsis animantibus esse, quam partiones (?) quarum motum etc. a Deo atomis ipsis impressum, non parum distat a bruta ignorantia. Efficacius tamen impugnabuntur omnia haec, dum de existentia formae substantialis disputatio procedat; Atque etiam argumentum quae nituntur de principio ex principio illo ex nihilo nihil fit, ex quo formae substantialis existentia rara (?) pendent; quia scilicet forma substantialis ex nihilo huic produceretur contra principium etc. explanare debemus.

Tertia denique opinio sententia docet materiam primam esse chaos, sive confusum quatuor elementorum, elementa enim numerantur quatuor terra, aqua, aer, ignis. Elementa dicuntur corpora haec, quia sunt quasi prima principia, ex quibus corpora sublunaria mixta procreantur; elementa enim, principia, sive primordia synonima sunt. Mixta dicuntur reliqua corpora, a quatuor enumeratis distincta, quia scilicet vel formaliter, vel saltem virtualiter in omni corpore mixto elementa conveniuntur: unde mixtum, quasi conflatum, et factum ex quatuor illis corporibus sonat. Veteres Philosophi corpora essentialiter simplicia elementa esse, asserebant integraliter tamen divisibilia. Neoterici vero philosophi et hi Parisienses duabus elementa corpora simplicia appellant; haec tamen simplicitas non est essentialis, cum non compositionis (?) ex materia, et forma substantialibus, sed expertia solius mixtionis, seu commixtionis qua componuntur reliqua corpora.

Omissis jam antiquorum opinionibus, ex quibus

aliqui docebant unum tantum elementum principium primum esse corporum naturalium, ut Heraclitus Ephesius, qui ignem primum principium rerum corporearum esse docuit; alii solum aerem; alii aquam, alii denique terram: plures alii docebant non unum tantum, sed duo, vel tria elementa principia rerum esse, contra quos omnes stat solidum argumentum hoc, non posse scilicet tot, tamque diversas rerum naturalium species, tot, tamque diversas operationes, et ex illis plures oppositas, et contrarias unum, idemque principium habere sola condensatione, aut rarefactione distinctum in uno, ac in altero corpore, quod enim frigidum sola rarefactione calidum evadere, aut quod calidum frigidum fieri sola condensatione, lumini rationis repugnare videtur, nec minus repugnat rationi quod idem principium seu corpus (et si mavis duo, aut tria) quot diversa species corpora, quot universum mundum constituunt, simili rarefactione, aut condensatione constituat.

Quatuor elementa, et non solum unum, aut duo corporum naturalium principia esse docuit Empedocles, hanc sententiam, ut citatus a Benedictis, sequuntur plures recentiores. Haec, ut communiter explicatur, tenet, elementa corpora essentialiter simplicia esse ex quibus diversimode sitis, in diversa quantitate mixtis, et contemperatis, constare caetera corpora, ita ut lignum v.g. ex quatuor partibus materiae non inter se penetratis, sed inter se mixtis mixtura, seu unione generare [illegible] constat, quaelibet enim pars, seu portio materiae et corpus essentialiter simplex non constans ex materia, et forma distinctis, unum scilicet ex quatuor notis elementis.

Efficaciter sententia ista impugnatur a Peripateticis non obscuris Philosophi testimoniis, Philosophus enim adeo manifestis verbis adversarios impugnat, ut locum dubitatione videatur non reliquisse. Ideo, expendens omnino et pro nobis, si alicubi pro adversariis esse videatur, mitto tamen Aristotelis verba, plures item Patrum Augustini praecipue auctoritates, quas pro sententia ista ingeniosus refertur expendit; nam de hoc redibit sermo dum de elementis tractemus quoad praesens impugnatur

Sententia haec arguit, quod tamen incredibile videtur, tot rerum scilicet diversas naturalium species, operationes etc. quas in corporibus sublunaribus videmus ex quatuor solum elementis constare, ab illis scilicet diversimode combinatis, et mixtis promanare et ut ait observat Gassendi, ex quatuor tantum rebus viginti quatuor tantummodo combinationes diversae fieri possunt, atqui innumerabiles sunt rerum corporearum species; quae diversitas autem stare nequit, nisi aliquid aliud a quatuor elementis tamquam principium statuatur.

~~corpora~~ Praeterea corpora mixta, saxum v.g. arbor etc., sunt entia substantialia per se non minus quam elementa. Ipsa enim principia ipsorum ad invicem inter se ordinantur ac compositionem, sed haec ordinatio, sub ordinatio, et perfectio non stat in sola hac mixtura, seu continuationis unione, nam haec solum efficit unum per accidens, sicut aqua vino immixta non corpus mixtum per se sed per accidens dicitur. Adde sententiam istam falsam etiam esse ratione suppositi, quod scilicet elementa sint essentialiter simplicia, elementa enim sunt composita ex materia, et forma substantialibus, quod eisdem pene rationibus probatur, ac materiam primam existere probavimus. Siquidem elementa ab agentibus naturalibus corrumpuntur, generantur etc. unum scilicet ex alio fit; quod aliquid ipsorum perit in corruptione, et aliquid de novo producitur in generatione: aliter ex nihilo fuit producerentur, in nihilum etc. reverterentur, quod impossibile est.

Ideo juxta veram omniumque peripateticorum sententiam elementa non sunt materia [illegible] mixtorum, elementa scilicet non formaliter, sed virtualiter tantum manent in mixto sive non manet eadem forma ipsorum, quae in mixto manet virtualiter, quatenus haec est principium earundem qualitatum, quae sunt proprietates elementorum, quibus in mixtis inveniuntur in gradu remisso, ex quibus concedimus inferri materiam esse quandam aliam [illegible] adaequate distinctam a forma mixtorum quam elementorum ex qua tamquam ex prima materia elementa constant, quod omnes [illegible] aliis rationibus ut ibidem ex dictis, stabilitur.

Probatur secundo: Recentiorum sententia, quam Neoterici concedunt pro argutis proxime factis; ipse nimirum dicunt elementa, licet composita ex materia, et forma materiam esse mixtorum; quatenus ipsis adveniat forma subst-

aequalis major ex sua et ex ipsa materia staret totum substantiale per seipsum solum hoc [illegible] stare non possit [illegible] substratur [illegible] non esse corpora sua completa, sed completa physice sicut [illegible] asseruit, nec ad [illegible] ita urget ut quid [illegible] sustinere conamur. Sed de his [illegible] satis.

SECTIO III

Quid sit materia prima statuitur.

Ex hucusque dictis pro materia 1a existentia stabilienda plura praeter ipsius simul ostendimus strictiorem modo loco definitionem dabimus. Phus 1° phicorum cap. 9°, textu 82. per haec verba materiam definit: dico enim materiam primum subjectum uniuscujusque, ex quo fiat aliquid, cum insit non secundum accidens. Juxta hanc Phi definitionem clarius sic cum RR.dibus materiam definire: primum subjectum corporeum formae substantialis constitutivum compositi naturalis. Constat definitio genere, et differentia; genus est quidem proximum est primum subjectum corporeum, per quod venit materia cum corpore completo essentialiter simplici, quod esset primum subjectum corporeum, subjectum quidem, quia sua accidentia reciperet; primum quia cum esset essentialiter simplex, non constaret subjecto. additur corporeum quia non definimus in praesentiarum materiam, ut praescindit a corporea, et spirituali, quam plures ad mittunt possibile; sed solum definimus materiam corpoream cujus est genus assignatum praedictum.

Reliqua differentia materiae ab eo quod non ipsa complectatur, ut corpus illud simplex de quo proxime etiam si esset primum subjectum corporeum, non tamen esset receptivum formae substantialis, sed accidentalis, similiter licet Angelus subjectum sit suarum intellectionum, [illegible] non est corporeus, et receptivus formae substantialis praeterea ~~[illegible]~~ licet ut Angelus quam corpus illud simplex posset recipere formam aliquam substantialem, scilicet subsistentiam [illegible] hic composito [illegible] adhuc non esset materia 1a, quia non constitueret cor-

pus naturale completum, sive non constituens cum substantia totum per se naturale, sed in esse suppositi, aut personae, formae etiam substantiales licet receptivae sint suarum proprietatum, aliorumque accidentium, constituuntque corpus naturale; tamen materia prima non sunt, quia non sunt prima subiecta, cum enim subiectum sui supponant, primum subiectum esse nequeunt. Differt etiam materia a toto composito, quia licet hoc receptivum sit accidentium, non tamen est primum subiectum cum ipsum constet ex subiecto alio, qui dicitur materia prima, ideoque communiter compositum appellatur materia secunda comparative ad accidentia, quae in ipso recipiuntur.

Ex data definitione, et explicatione infers 1°, quod licet materia prima de facto existens receptiva sit plurium formarum substantialium hoc non requiritur ad conceptum materiae primae corporeae ut praescindentis a materia prima existente, et possibili; sufficit enim, quod receptiva sit unius formae: itaque in tali composito primum subiectum corporei formae substantialis etc. relinquitur conceptus materiae primae; at quin ut conceptus ille intelligatur non debet intelligi conceptus subiecti receptivi plurium formalium; per hoc enim, quod unam tantum possit recipere salvatur praedictus conceptus: Quod infers 2°: quod licet materia prima subiectum sit accidentium, hic tamen conceptus non est de essentia metaphysica materiae primae. Ratio: quia forma substantialis est nobilior, et prior in intentione naturae, quam forma accidentalis; accidentia siquidem vel sunt effectus minus principales, vel dispositiones ad formam substantialem; unde prior est materiae ordo ad formam substantialem, quam ad accidentia, licet prius in materia recipiantur accidentia disponentia ad formam substantialem, quam ipsa forma.

Insuper nobilius primarium materiae est ordo ad formam substantialem, quacum constituit compositum naturale, quod est principium materiae munus, quam ordo ad formam accidentalem, ut quacum solum fit totum per accidens, sive non totum per se naturale constituere potest: at quod primarium principium materiae est, quod in ipsa nobilius est, ipsique principaliter convenit, per quod differt etc. Quod infers 3° quod licet materia de facto existens sit receptiva formae spiritualis, et corporeae, consequenter formae perfectionum, et imperfectionum tamen non est de conceptu metaphysico materiae primae esse potius receptivam huius, quam illius nobilioris, vel minus no-

bilis. Rao: quia per hoc expresse, quod intelligatur esse, vel subiecti receptivi formae substantialis constitutivi compositi naturalis, essentia metaphysica materiae intelligitur; in tali esse, illo non intelligitur ordo, seu habitudo potius ad formam spiritualem, et perfectiorem, quam ad corpoream, et imperfectiorem; esse enim illud sufficit soli formae substantiali, formae autem substantiali praescindit ab illis differentijs: ergo,

Inferes 4, quod licet materia prima metaphysice sit completa quaternus sua adaequata ratione essentia ex genere, et differentia constitutum habeat physice tamen substantialiter completa non est, cum ex se non habeat perfectionem adaequatam, adaequat quod physice physica essentia in linea entis naturalis, ad quam perfectionem habendam ex natura sua ordinatur cum ex se ad totum naturale componendum ordinetur; hoc autem physica substantialis completio materiae sufficienter explicatur per datam definitionem, explicatur enim esse substantia, quia accidens nec potest esse primum subiectum, cum supponat subiectum sui; nec constituere valet unum per se, et naturale, sed unum per accidens; at qui materia est primum subiectum, et unum per se naturale constituit: ergo substantia est.

Explicatur etiam completio ipsius, quia esse subiectum formae substantialis constitutivum compositi naturalis essentialiter dicit esse quid natura sua ordinatum ad aliam partem cum qua compositum constituat, et in hac ordinatione completio materiae consistit. Inferes denique rectitudinem definitionis nostrae ex conformitate, quam cum definitione Aristotelica habet; materia siquidem est primum subiectum, quia forma subsistit, et non alio ipsa recipitur; additur unius cuiusque ex quo fiat aliquid, quia compositum physicum fit ex materia tamquam ex constitutivo physico, et physica causa denique ut fiat non fiendum accidens, quia materia physice substantialiter constituit unum per se naturale.

SECTIO IV.

Duplex questiuncula deciditur.

Quaeres 1°, an materia constituatur per esse subiectum substantiationis, an ~~nec~~

per esse, subiectum mere receptionis? subiectum substentationis illud dicitur, quod erga formam exercet munus causae materialis, constituit causa materialis stat juxta aliquos in eo quod subiectum active se habeat producendo formam ipsam, juxta alios autem in eo quod forma producatur dependenter a subiecto praesupposito, pernecesse ipsi subiecto adhaereat. subiectum mere receptionis illud est, quod formam recipit nec erga quam exercet munus causae materialis, unde duo dicit potentiam unius, scilicet formam recipere ratione alterius, nempe non exercere munus causae materialis, subiectum informationis illud est, quod recipit formam quidquid sit, an illam materialiter causet, vel non, ab hoc enim praescindit, unde subiectum informationis prout quoad rationem est formaliter subiectum receptionis, praescindit tamen ab eo quod sit subiectum substentationis, vel mere receptionis est enim conceptus genericus ad duas illas, materia prima est subiectum substentationis formae materialis, et mere receptionis formae spiritualis animae scilicet rationalis, nempe utriusque tamen est subiectum informationis.

Sit conclusio, de conceptu metaphysico materiae primae non est esse subiectum substentationis, nec mere receptionis sed solum est esse subiectum informationis. Probatur: conceptus informationis [illegible] intelligitur in materia, quin conceptus subiecti substentationis, aut mere receptionis: ergo per esse subiectum receptionis materia [illegible] ab omni non ipsius [illegible] per esse subiectum informationis non autem per esse subiectum substentationis aut mere receptionis, ipsa bona [illegible] quoad [illegible] constat: quia nihil [illegible] a materia prima [illegible] subiectum informationis sive receptionis formae substantialis constitutivum ipsius naturae [illegible] facile probatur: quia bene valet est subiectum substentationis, aut mere receptionis ergo est subiectum informationis non tamen valet e contra: ergo conceptus subiecti informationis prius intelligitur [illegible] Probatur: quia de conceptu metaphysico materiae primae est, solum esse primum subiectum informationis formae substantialis. Et hic conceptus formaliter praescindit a [illegible] per quos conceptus subiecti receptionis [illegible] scilicet a conceptu subiecti mere receptionis, aut substentationis: ergo.

Dices ex Patre Polizzi: conceptus potentiae

subsistativa, et formaliter potentia pura receptiva; quod materia prima constituitur per potentiam pura receptiva pura substantialis, et per potentiam puram substantivam illius. Illa probatur: quia materiam substare formis, includit formaliter illa recipere eas. Respondeo distinguendo majorem: potentia pura subsistativa et formaliter mutua potentia pura receptiva, nego: et formaliter non mutua, omitto majorem. Licet omittamus potentiam puram substantivam, includeret potentiam puram receptivam, addit tamen aliquid aliud, scilicet vel recipere actionem productivam formae, vel active concurrere ad formae productionem essentialiter materia prima stat formaliter consequenter potentia pura receptiva dicit non vero consequenter potentia pura substantiva ut talis addit, omitto, et ejus distinctiones nego.

Quia plures addite [illegible] majorem eorum ratio substantiali formas [illegible] pro forma [illegible] influxu erga formas, sive ratione actione generativa formae, vel proveniunt a subjecto cuique a principio productivo, per essentialiter consequenter eligata subjecto, hic autem influxus non est [illegible] id, quo forma unitur, seu recipitur in materia; ergo quod substaret formas, non dicit formaliter illas recipere.

Dices 2°: dato

actus substantiabilis et de essentia formalis materialis: quod ratio subjecti substantationis est de essentia materiae primae, et retorqueri: ratio actus mere receptibilis est de essentia formae realis, quod ratio subjecti mere receptionis est de essentia materiae primae, da paritatem. Polianus [illegible], directe formae respondere primo nego, ratio quia de essentia formae materialis est ratio distincta a forma spirituali solum et exigere unionem cum materia prima, dum unionem formae realis non exigit: ejusmodi autem exigentia speciem consequenter formaliter religantur ratio substantiabilitatis passive; propter quod scilicet materiales consequenter materia prima, subsistitur per accidens, aliter hoc se habet ad potentiam formae materialis, sicut hoc a Deo per creationem [illegible] crearentur recipi retur utique consequenter materia ejus materia [illegible] exiget et, quia in ea fieret ejus genus formae quod est ubicari consequenter materia, et extra ejus spatii rationalis, et [illegible] ejus cujuslibet partis ut adhaereret spatio: et extra ejus

1/c

~~ra~~ materiae ut actualiter sponsus anima equi in ratione materialis non sit equus per creationem à Deo prius exerit spone et ut pars realis equus materia substantaretur.

Modo sic anima equi ut potest ponere equum exigendo unionem cum materia non dicit actualiter in rò, sive quo posito talibus anima aliter ponitur: sic anima equi ut forma materialis est forma ut ~~fa~~ ponitur ponere exigendo unionem cum materia: anima equi ut forma materialis non dicit pro aò id, sive quo posito talibus exigendo ~~forma~~ unionem cum materia; non dicit realiter materiam ad substantationem: hujusmodi enim pro non est de recto metaphysico. forma materialis sit ad substantiam ad ejus physicam essentiam pertinebit. Respondeo 2º omisso quod negdo antecedens. disparitas est: quia posse recipere formas est potius precisus ab eo, quod forma materiales sint et substantabiles, et ab eo quod spirituales sint, et non receptibiles, at quia per pretiam potius potentia receptiva sic solvatur materiae essentia materia[illegible]; quod de essentia forma materialis sit substantabilitas, ~~dum~~, ut in essentia materiae non est posse substantiam: materia enim de se non potius respicit formas materiales, quas vales: unde potius potentia substantativa ad physicam essentiam materiae non vero ad metaphysicam pertinebit. Q.

Quaeres 2º: quod materia prima sit potentia innata, et proxima receptiva formae substantialis? quae resolutionem suppono tres hic potentia innata, et proxima dupliciter posse accipi, 1º pro potentia expedita, sed omnibus requisitis et ratione impedimentorum ad suum actum, quo sensu sic potentia proxima opponitur potentiae remotae, sive quae tantum est ex se reducibile ad actum, sic dicitur, unde non aptatur habere potentia remota, et non proxima ad sensum; 2º accipitur pro virtute, quae per se ipsa, et nulla alio mixta ut virtute exercari potest; quo hoc sensu potentia proxima et innata opponitur potentiae radicali, sic essentia:

Thomistarum anima ratis, ē pōa proxima, et immediata ad intelligendum, quia per se ipsam intelligere; Scotistarum vero Postary ē pōa radicalis, quia solum per pōam superadditam anima habere potest actum intellectionis, dum procedit 2ª, adsertione pōa proxima, et immediata, sextum enim ē materia 1ª per se ipsam ñ esse expeditam, et sub omnibus requisitis ratione st. impedimentorum ad faciendum st. adeo ñ ē pōa proxima et immediata, 1ª sensu.

Prima sententia docet materiam 1ª esse potentiam radicalem, quatenus ē radix pōa proxima superadditae, quia immediate recipiuntur ~~~ fōa substantiales, quas materia recipit ut qd, ita plures Thomistae. 2ª sententia docet, pōam proximam realiter identificatam esse, cum materia; formaliter vero ex natura rei distinctam ā materia; sic ita communiter Scotistae. Tertia docet, pōam proximam et immediatam receptivam fōa substantialis identificari realiter, et formaliter cum materia 1ª, ita qd ipsius pōa immediata receptiva fōa substantialis sit de esse essentiali, et natura materiae 1ª ita Jesuitae, cum quibus sit schola; materia realiter et formaliter ē pōa immediata ac proxima receptiva fōa substantialis. Probatur; materia ñ formaliter distincta ā pōa receptiva fōa substantialis: ergo ñ recipit fōam substantialem mediante aliquo, aut realiter, aut formaliter distincto. Consequentia bona ē, ans probatur: materia ē formaliter indistincta ā primo subiecto fōa substantialis; sed 1m subiectum fōa substantialis ē formaliter pōa receptiva illius; subiectum enim ē formaliter receptivum et materia 1ª, ē formaliter pōa receptiva, seu ē indistincta formaliter ā pōa receptiva fōa substantialis.

Modo sic. Pōa haec, qua materia secum identificat, ñ ē pōa radicalis, et mediata; ergo ē pōa proxima, et immediata. Ans contra oppositos probatur: quia pōa illa superaddita et ā materia distincta, omnino superflua ē; ergo sicut fōa per se ipsam materiae unitur, ita materia per se ipsam unietur fōae, insuper pōa illa superaddita vel ē accidens, vel substantia; si substantia, rogo iterum, an recipiatur

immediate materia prima, vel solum mediate, mediante scilicet alia superaddita forma: si immediate, ergo materia prima erit immediate receptiva formae substantialis alicujus, et consequenter non erit verum quod non sit receptiva immediate cujuslibet formae substantialis. Si vero haec superaddita forma mediate solum recipiatur, quia mediante alia forma recipitur, de hac alia similiter quaeram, et sic vel dabitur processus in infinitum, vel deveniemus ad formam receptivam formae quae immediate recipiatur in materia.

Si dicas formam illam substantialem superadditam in materia non recipi, consequenter nec mediate nec immediate recipit. Contra tum quia ergo forma illa substantialis superaddita erit per se subsistens, et materia prima cum formas recipiat, et in nullo subjecto recipiatur. Si vero secundam disjunctionis partem eligas, nimirum formam superadditam materiae accidentalem esse, contra est tum quia vel saltem forma accidentalis non recipitur in materia, quod dicere negandum est, aliter dabitur accidens sine subjecto; vel recipitur in materia, et hoc dicitur iterum [illegible] recipiatur immediate, et sic materia erit immediate receptiva formae accidentalis, nec [illegible] a paritate argumenti erit etiam immediate receptiva formae substantialis; vel solum mediate recipitur, mediante scilicet alia forma, de qua eadem [illegible] interrogavi, et sic in infinitum adduximus. Tum 2° quia compositum substantiale nequit constitui ex aliquo accidente; constituitur ex forma immediate receptiva formae: ergo forma haec non est accidens.

Probatur minor: quia compositum substantiale constituitur ex partibus, quae immediate per unionem attinguntur ex natura rei [illegible], et forma immediate unitur, si forma, est forma immediate receptiva formae [illegible] partes, quae immediate attinguntur per unionem. Insuper si materia non immediate reciperet et uniretur immediate formae, sed solum mediate, consequenter vel compositum non constaret ex materia vel constaret ex partibus mediate solum unitis. Confirmatur ex dictis, relicta etiam [illegible] sufficientia semel concessa, formam immediate receptivam formae identificari realiter cum materia, etiam formaliter, et per rationem identificari dicendum est, quia nullum aliud formatum [illegible] invenimus per quod materia a [illegible] distinguatur; ergo, subjectum formae substantialis est ipsa formalis materia prima.

Objicies 1º ex Thomistis: forma materialis separatur a materia: ergo realiter distinguitur ab illa. Probatur antecedens: materia quamdiu habeat formam est sub forma ad formam, et formam non recipit non est sub forma ad formam, cum demum formam amittit, amittit etiam formam ad illam: aliter haberet naturaliter recipere formam corruptam: ergo forma haec separatur a materia. Respondeo negando antecedens ad probationem dico 1, et 2am partem, illam de prima forma, quae cum rationem eius dicat, materia cum forma requirit esse sub prima forma ad illam. Nego vero eius quoad partem alteram, et ipsius sequelam: nam licet materia retineat formam ad formam, tamen non posset naturaliter illam semel corruptam recipere (si reproductio naturaliter impossibilis sit) non provenit ex defectu formae subjectae; sed ex extrinseco impedimento reproductionis naturaliter impossibilis.

Observa maxime formam retentionem, nam quando forma amittitur, amittitur etiam forma superaddita materiae, nisi quia formam recipiebat; quae sit, vel manet materia forma receptiva illius formae superadditae, vel non? si hoc 2um: ergo forma materiae ad illam superadditam formam realiter distinguitur a materia, consequenter forma radicalis receptiva formae realiter distinguitur a materia, si primum: ergo manet materia forma receptiva alterius formae superadditae destructae; atque adeo materia poterit naturaliter recipere formam superadditam jam corruptam. Objicies 2º: causa efficiens in suo genere operatur non per suam entitatem, sed per formam superadditam; nam ignis non producit alium ignem nisi medio calore ut virtute proxima, et immediate productiva: ergo causa materialis non operatur in suo genere susceptivo per suam entitatem, sed per formam superadditam, consequenter non est forma immediate susceptiva formae; confirmatur: materia recipit accidentia media quantitate, ergo recipit etiam formas substantiales media ista quantitate, vel alia accidentali forma. Respondeo negando antecedens juxta dicenda in libro de causis, ... omisso ... negando ... Ratio disparitatis desumitur 1º ex principiis Thomistarum: quia ideo causa efficiens substantialis non operatur per se ipsam effectus, quia non est transcendentia solius Dei, ac esse per se ipsam formam substantialis non arguit infinitatem; potius enim hoc requisitum afferre perfectionem. 2º quia causa et effectus non debent constituere unum per se substantiale: unde causa proxima, et immediata potest esse accidens: at ma-

materia, et forma unitae causent unum per se substantiale, unde nullum accidens ad minus debet ingredi unionem totius naturalis.

Ad confirmationem omissa etiam ante, quod in pluribus naturis, non est. Disparitas est: quod pro receptione formarum accidentalium cum quantitate apparet proportio, et ratio id poscens, nulla tamen proportio apparet cum quantitate ad recipiendas formas substantiales, imo apparet repugnantia, quia sublicet ex ante, et forma resultare debeat unum per se substantiale, quod non repugnabit si forma sit illa accidens, sit, quamvis sicut quantitas receptiva est immediate formarum accidentalium, quia est primum accidens corporum, ita materia erit immediate receptiva ~~[illegible]~~ formarum substantialium, quia ipsa est primum subiectum substantiale.

Objicies 3º: materia se habens se est indifferens ad recipiendum hanc, vel illam formam substantialem: ergo indiget potentia ulteriori ut determinetur ad hanc potius recipiendam, quam ad aliam. Confirmatur 1º: omnis potentia alicujus est potentia, potentia namque non dicitur potens, sed id, quod aliquid est potens: ergo potentia receptiva materiae distinguitur realiter a materia, cujus est potentia. Confirmatur 2º: potentia reducitur ad secundam speciem qualitatis; sed materia non est qualitas: ergo potentia receptiva distinguitur a materia. Respondeo ad objectionem concesso antecedente negando consequentiam: nam determinatio materiae sufficienter provenit a dispositionibus accidentalibus, quibus ad unam potius, quam ad aliam formam ab agente physico determinatur extrinsece, ante quam realiter determinatur intrinseca materiae per unionem ad hanc determinatam formam.

Retorsionem etiam observa: nam etiam juxta adversarios materia est indifferens ad hanc, vel illam potentiam recipiendam: ergo indigebit potentia alia ulterius, qua ipsa determinetur ad hanc potius potentiam recipiendam, quam ad aliam; et sic erit processus in infinitum.

Confirmationes nimium probant; probant enim potentiam informativam formae distingui realiter a forma ipsa, potentiam quamvis productivam Dei ad intra, quam ad extra realiter distingui ab ipso Deo, libertatem realiter a Deo distingui, potentiam ad existendum esse; nihilominus pro distinguendo ad 1ª confirmationem: omnis potentia alicujus subjecti logici, vel physici est potentia, concedo: alicujus subjecti determinate physici, nego antecedens: evidens enim fit in retorsionibus, non omnem potentiam realiter supponere subjectum, de quo est potens; sufficit, quod quod vel logice, aut realiter distinctum subjectum supponat; hoc est logicum subjectum, materia vero erit subjectum substantiale ipsa potentia, ad 2ª confirmationem nego majorem universaliter sumptam, ut patet in retorsionibus

exceptio.

Deniq. pro Scotistis objicies: sicut, quia potentia incompleta activa intellectionis non est de conceptu metaphysico hominis: ergo potentia passiva incompleta receptiva pro subsistentialis erit de conceptu metaphysico materiae 1ae. Probatur 1o: conceptus potentiae incompletae receptivae supponit in materia conceptum potentiae completae receptivae: conceptus potentiae incompletae receptivae non est conceptus primarius materiae 1ae. Probatur 2o ex [illegible]: materia est entitas absoluta: ergo non constituitur per potentiam receptivam. Probatur consequentia quia absolutum nequit constitui per relativum; sed materia 1a est entitas absoluta, et potentia receptiva est relativa ad formas nimirum: ergo [illegible] per, quia sic materia extraheretur a praedicamento substantiae, ad praedicamentum ad aliquid, seu relationis. Ad objectionem respondeo dist. ans, quia hoc constituitur per actum, et hoc per illum, hoc satis persuadet pro certissima communi definitio scilicet principium substandi et recipiendi.

Ad 1am probationem nego ans, quia in materia non datur conceptus potentiae completae receptivae pro subsistentialis. Unde si dices, nec per rationem praecisiviter esse in materia duos conceptus quorum alter sit completae receptivae, alter potentiae incompletae receptivae: Ratio: quia ratio praecisiva non potest addere in objecto, quod objectum non habet aliquo modo [illegible]: sed dices: materia 1a aequivalet duabus entitatibus quarum altera esset completae altera incompletae receptiva pro subsistentialis: ergo illa [illegible] fictione possunt distingui duo illi conceptus. Urgetur: quia in materia 1a sunt praedicabiles hi duo conceptus, potentia receptiva, potentia incompleta receptiva; sed ille 1us est conceptus potentiae completae receptivae, siquidem non est conceptus potentiae incompletae receptivae: ergo. Vel saltem sequitur conceptum potentiae incompletae receptivae non esse 1um conceptum in materia, quia prius intelligitur conceptus potentiae receptivae, per quem materia debet constitui, cum per ipsum [illegible] distinguat ab omni non ipsa.

Distinguo ans. [illegible], materia 1a aequivalet formaliter duabus entitatibus non; aequivalet eminenter omitto [illegible] et non seq. Nam etiam Deus eminenter aequivalet [illegible] hactenus [illegible] eminenter rationalis, et tamen non est animal, nec in Deo praedicabile est conceptus animalis a reliquis praedicatis, etc. [illegible] materiam 1am aequivalere eminenter potentiae completae receptivae pro subsistentialis, quatenus est potentia incompleta, quae in linea receptiva perfectior est, quam

miata, n ideo equivalet formaliter poa illi, quia formaliter n se habet, sicut se haberet poa illa, q n uni posset hri diibilis abutraq. ptus poa miate receptiva, cy talis ptus uni ipi omniq mpia n dicitur. Ad exctio no maj: quia ptus poa receptiva hic non é loqn̄do d ... liter adequate, et reduplicative, sp ptus poa p miate receptiva, olu ẽy q ... miate rec propria, et absolute recipit, rq poly id propria, et absolute unitur, ẽy poly miate unitur, p propria unitur, et ptex p propria recipit: unde hic ptus poa receptiva n ẽ possibilis a poa miate, et p miate receptiva; p detracte stat pro poa p miate receptiva.

Unde materia respicit ponitur ut poa receptiva, dy ut poa p miate receptiva ... Constat hic quid ad relicas exctio, ... ad ... rationes respondetur communiter materiam esse totaliter absolutam 93
prout absolutum opponitur modali, et relativo predicamentaliter, n vero esse absolutam prout absolutum opponitur relativo transcendentaliter; absoluta enim ... dicere poa relationem transcendentalem, et sic discurrunt etiam de hoc metaphysice supposito, dicere sc. relationem transcendentalem. Nec ideo extrahitur materia a predicamento substantie (ad quod reductive pertinet) ad predicamentum ad aliquid; ad hoc enim pertinent rationes predicamentales n transcendentales ... ... ad ... dicit absolutum ... relativum transcendentaliter, poq q. receptivum ... esse transcendentaliter n vero predicamentaliter relativum.

Cũ queres, q materia prima ... ... possit ... plures formalitates poo p miate receptivo, sive plures poo formaliter distinctas respectivo ... quia tot formaliter poo ... possunt, quot ... recipere poa, ... distinctionis rationis ... respectu ad tres diversas ... tot formalitates distingui possunt, quot ... ... infinite etiam formalitates ... ... magis ... aut perfecta ... esse: ... infinitas perfectiones requirit ... exclusa ... perfectionis; materia aut ... sit eficax ad ... perfectionibus ... ... finite vel ... formalitates poo distinguibiles ... n ideo erit infinite perfecta ... perfectionis expediant ... perfectiones; materia aut ... plures admittat perfectiones, ... perfectiones, ... substantia ... capitis ... 3a

fit pura potentia. Sectio 1a: quod materia habeat proprium actum metaphysicum.

SECTIO I

An materia habeat proprium actum metaphysicum

CAPUT II.

In quo genere materia prima sit pura potentia

Constat ex dictis materiam primam esse potentiam receptivam formae substantialis, constat etiam esse potentiam ... communiter loquendo, inter Philosophos appellari materiam puram potentiam, cum adeo adhaerent Thomistae, ut illi loquendi modo mordicus adhaerentes omnem actualitatem, seu actum materiae proprium, etiam formam non participatum omnino denegent, contra quos communiter loquentes Suarez et nos praesenti capite examinabimus. Ad quod suppono potentiam tripliciter accipi posse, prout adhuc ... passiva, et obiectiva, quae consideri etiam solet cum potentia logica: cuilibet ex his potentiis suus actus correspondet, potentiae activae actus est effectus physice productus: potentiae passivae actus est forma, quae informativus actus appellatur. Obiectivae potentiae actus est actus entitativus, qui diversimode appellatur a doctoribus: nam aliqui nomine actus entitativi intelligunt actum existendi, seu existentiam ... alii dicunt actum entitativum esse distinctionem rei, quo actus dicitur separative ad genus, quod subtilis, seu potentia logica et metaphysica appellatur; alii totam essentiam, seu identitatem rei seu ipsa nomine actus entitativi intelligunt.

Constat hinc purae potentiae aliquo genere illam esse, quae ita potentia est in illa linea ut eadem non habeat ex se actum correspondentem. Suppono 2o non dubitari praesertim quod materia sit pura potentia in genere activo; nam non pertinet ad hunc locum tractatio sive de producibilitate passiva materiae, sive de ejus virtute productiva, nec super dubitatur quod materia prima sit prima potentia in genere receptivo: nam certum est, hoc genere puram potentiam esse, ut ex se ex dictis constat materia prima est potentia receptiva formae, et ita est potentia passiva, seu receptiva, ut ex se non ... actus informativus, sive forma. Dubitatur ergo quod sit pura potentia in genere entitativo, et existentiali; id est entitaliter sit potentia, ut ex se non habeat actum entitativum, nec existentialem. Thomistae unanimi consensu do

est maxime esse purum potentiale in genere essentiali, quia licet non sit tanquam pars [illegible] essentiae, est tamen pars essentiae: hoc adversarii concedunt, eo quod aliquid dicit tanquam potentia in genere essentiali; non vero in genere entitativo purum potentiale esse: ita [illegible]. Patres alii vero etiam in genere entitativo purum potentiale esse dicunt.

Quia autem, ut notavit hic tenus actus entitativus adeo aequivocus sit, ut ipsius quaestionis pressius [illegible] observat Magister Bajona de [illegible] voce aequivocamus inter eos, qui actum entitativum materiae dant, et eos qui illum negant: qua propter ut de re sit supposito asserit ipse, quod sive nomine actus entitativi intelligatur omnis, per quod differt res ab omni non ipsa, innegabilis esse materiae actum entitativum: si vero intelligatur actualitas obiectiva, quae cum supposito alio se habet [illegible] forma substantialis metaphysice facit materiae [illegible], negandum, iuxta principia. Postea vero videtur actus entitativus, qui ab ipso appellatur metaphysicus et etiam metaphysicum appellabimus [illegible] ut ipsius solutionis nostrae constet.

Quod nota hac in explanatione nomine formae, quae cum actualitate obiectiva spectatur facit, non debet intelligenda aliqua physica forma, sed metaphysica, id est gradus genericus, cuius detractiva sit illa actualitas obiectiva non physice, sed metaphysice: haec quod actualitas nomine actus entitativi, metaphysici, et essentialis intelligenda venit in hac quaestione, in qua sit solutio nostra cum eximio Doctore, quem nos [illegible] tes sequuntur, Materia prima non est pura potentia in genere entitativo, sed tantum habet actum proprium metaphysicum, entitativum, et essentialem, ita etiam [illegible] cum Subtili Doctore quibus adhaerent aliqui Thomistae dicimus postea esse puram potentiam in genere essentiali: modo vero iuxta solutio probatur: id per quod genericus substantiae completae detrahitur metaphysice ad esse primum subiectum [illegible] substantiale, est actualitas obiectiva, sive actus metaphysicus proprie talis; sed materia prima habet ex se id per quod genericus substantiae completae metaphysice detrahitur ad esse primum &c. ergo materia habet actum metaphysicum ex se. Maior [illegible] devet: ergo sicut id per quod materia detrahitur physice ad esse hominis lapidis &c. est actualitas physica sive actus physicus proprie talis, ita etiam erit actualitas metaphysica

actus qua metaris proprie talis, et id per quod metaphysice dicitur compositum gene-
ricus substantia completa &c.

Hinc videtur etiam probabilis non materia per compositum ut ipsa completa reverit a forma per se in forma cum materia specifica differentia sit a forma id per quod materia differt a forma. Dico id per quod compositum genericus substantia completa metaphysice dicatur esse physice substantia &c. arguitur et praeoccupatur solutio: quia ideo non haberet materia actus metaphysicus, quatenus ... ipsa ... dicetur completo me-
taphysica, sed datur: ergo. Hinc patet: ideo non diceretur materia completo metaphysica, quia hoc esset propria rei completo, non autem partis; sed hoc est falsum; aliter forma substantialis anima rationalis ... non haberet potentia metaphysica atque adeo nec haberet actus metaphysicus, et ratio est: quia compositum sit pars, et completum in una linea non obstat ut sit ratio completa in alia linea; sic quod licet materia pars sit et completa in linea compositi physice completi, tamen est totum, et quid completum in linea metaphysica, quae ex partibus metaphysicis genere, et differentia componitur; ut dicemus necessario adversariis: est, forma substantialis, quae in linea compositi physice completi, completa etiam est.

Obiicitur 1º non magis componitur potentia physica ex actu metaphysico, quam actus physicus ex potentia metaphysica; sed ex forma substantiali optime componitur ratione actus physici, et compositum potentia metaphysica, ut ipsa datur metaphysica completo ex genere et differentia: ergo materia ... potentia compositum potentia physica, et ratione actus metaphysici. Obiicitur 2º materia prima ex se dicit potentia metaphysica, seu de linea metaphysica; sed forma de linea metaphysica est actus metaphysicus: ergo materia prima de se habet actus metaphysicus. Patet maior: materia non est pura potentia metaphysica, potentia autem metaphysica est genus; materia autem non est pure genus: ergo materia de se dicit formam de linea metaphysica vel aliter: materia de se dicit formam essentialem et specificam differentiam a forma substantiali, sed essentialis, et specifica differentia est forma de linea metaphysica: differentia autem est pars formalis essentiae metaphysice completae; materia autem est essentia metaphysice completa: ergo in linea metaphysica est species quaedam completa,

seu d ens saliqua specie, ens aute saliqua specie, vel species quadg entis ē essetia meta-
phicē spēta: igitur n ē ens genericē sptu: sed ens aliquā ētia stractu: bē tā q hoc tūc pars
ptialis essētia metaphica materia actus metacus plus ē, sicut pars pftialis essētia pro phi-
cē spēti actus phicus ipsius ē.

Hic rejecta omnino manet sententia aliquorū Scotistarū docētiū
materiā n solū n habere actū metā, sed nec actū essentialē, aut statiū, sed tantū pro essentia pro-
pria materiæ, qua ut ausq. differat ab omni n ipsa: qd ente sintelligibile videtur, et minus per-
cipitur hujus doctrinæ explicatio; dicunt enim formā esse sditionē, ut sit realis essentia materiæ, formā
sd materiæ municare primū esse, ex quo sfrunt materiā ex se n habere actū essentiæ; sed
stra hos prætendita stat 1o, qd si forma sit solū sditio, ut materia habeat essentiā, formā n per-
tinebit ad essentiā materiæ; opus siquidē sditio ē extra essentiā et stitutionē illius: ad qd etiā
cū materia ex se et n a forma habet suā essentiā. Ibra ē 2do, quia forma realiter dis-
tinguitur a materia; aliter sposita narale n staret partibus realiter distis: q forma
n municat materiæ illud esse primū, a quo forma realiter distinguitur: q materia ha-
bet ex se illud primū esse.

Si autē Scotistæ solū velint, materiā dependere a forma tanquam
a sditione, ut ipsa materia habeat a parte rei, actu existentialē suā actualē essentiā,
et qd forma sit primus actus substantialis materiæ, ipsa stitus deterps formā al li-
mea stis substantialis phicē spēti, verum dicunt, sed de nulla ratione probabunt
materiā ex se n habere suā essentiā distinctā omnino ab essentia formæ, et hoc verū
etiā ē, licet omittamus modo, materiā n habere ex se actū existentiæ, seu existen-
tiā propriā, solumque per existentiā formæ existere, sicut humanitas Christi Domi-
ni juxta Scotistas existit per existentiā verbi Divini; et tamen humanitas ha-
bet ex se actū statiū, essentialē, et metaū. Sectio 2 solbitur argumenta ...

SECTIO II.

Solvuntur argumenta.

Objicitur 1.º Aristoteles, Divus Thomas et Philosophi communiter appellant materiam primam puram potentiam; sed pura potentia nullum actum habet, aliter non esset pura potentia, sed mixta, ex potentialitate et actu: ergo materia prima nullum omnino actum habet. Et urgetur ex Divo Thoma 1.ª parte, quæstione 115 articulo 1 materia est pura potentia, sicut Deus est actus purus; sed Deus ita est actus purus, ut omni potentia careat: ergo materia ita est pura potentia ut careat omni actu. Probatur 1.º, ex Aristotele definiente naturam materiæ per hæc verba, materia non est quid, nec aliquid eorum quibus ens determinatur; sed quod non est quid, nec aliquid, non habet actum metaphysicum: ergo materia non habet actum metaphysicum. Probatur 2.º ens dividitur a Philosophis in actum et potentiam: ergo potentia est ens reale, et positivum a parte rei, quod taliter sit potentia, ut nec sit actus, nec aliquem actum includat: ergo eo, quod materia ens reale sit non sequitur habere actum metaphysicum.

Respondeo distinguendo majorem objectionis: materia est pura potentia in genere receptivo, concedo; est pura potentia in genere constitutivo essentiali, ~~et metaphysico~~, nego majorem: distinguo minorem: sed pura potentia in genere receptivo nimirum, nullum actum habet in eodem genere, concedo; in genere metaphysico, et essentiali nego minorem, ad probationem respondeo materiam esse potentiam admixtam ex potentialitate physica, et actualitate metaphysica; sed non ideo desinit esse puram potentiam physicam: sicut forma actus purus physicus subsistentialis est, licet admixtam habeat potentialitatem metaphysicam. Ad urgentiam ex Divo Thoma dico, ex verbis Angelici Doctoris solum inferri materiam primam esse puram potentiam in genere receptivo, quatenus non habet ex se actualitatem physicam, sive actum informativum sicut Deus est actus purus, quatenus non habet potentialitatem physicam. At sicut in Deo datur potentia metaphysica, hoc est gradus generici determinati per differentiam propriam Dei, ita in materia datur actus metaphysicus, id est differentia determinans gradum genericum substantiæ incompletæ ad esse primum subjectum.

Resp. Divus Thomas quando materiam Deo opponit docet solum, materiam esse purum potentiam puritate excludente actum formativum, non vero actum metaphysicum, sicut Deus est purus actus puritate excludente potentiam, scilicet physice receptivam, non vero puritate excludente omnem omnino potentiam, aliter nec potentia metaphysica nec logica, nec physice productiva in Deo daretur, quod omnino falsum est, et hanc esse Divi Thomae mentem, constat ex titulo et contextu articuli, ut perspicienti manifestum erit. Ad 1um ex Philosopho respondeo cum Philosopho mentem Philosophi materiam non esse quid physice completum, nec aliquid eorum, quibus ens completum determinatur: et hoc tamen stat bene, quod sit ens physice incompletum, completum tamen metaphysice quatenus habeat essentiam metaphysice constitutam ex potentia et actu genere scilicet, et differentia, quam essentiam re ipsa materiam habere aperte constat ex definitione, qua a Philosopho positive materia definitur et quam nos dedimus dum ad mentem Philosophi materiam definivimus; si enim materia nullam haberet essentiam et gradum differentialem, non definiretur positive a Philosopho, et physica genere, et quo definitur: etc.

